



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. An supernaturalia dona omnia, etiam iustificatio, & merita prædestinati
peccato intrinseca, vt primò collata sint prædestinationis effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN IV.

De victoria tentationum.

I. Circa tentationum victoriam cum gratia entitativè supernaturalis auxilij intercedit, ne illi succumbamus, effectum prædestinationis esse dubium adhuc Hæreticis non est. Cum autem sola naturali entitativè vocatione à lapsu detinemur, & opinandi diversitas: quia triplici ex capite, seu principio entitativè naturali teneri possumus, ne labamur. Primo per naturalem cogitationem: qua, vel ad opus bonum cum peccato impossibile de facto diuertitur, vel ob naturalem peccati dissonantiam, & rationis naturalis dictamini dissonantiam, & monstruositatis eius horrorem, ab eo patiendo auertimur: atque ex hoc capite, qui, ut plurimum, forisant, atque opus quodvis moraliter solum bonum gratia Christi, ac similiter victoriam tentationis, (dummodo omnium, vel valde plurium non sit) non egere censent, victoriam tentationis vnius vel alterius effectum prædestinationis, & gratiam per Christum esse consequenter negant. Secundo vinci tentatio potest ex diuisione ad indifferens opus naturale (in opinione valde probabili eiusmodi indifferentia opera admittente) cum actione peccaminosa, ad quam tentatione impellimur, impossibile: cum autem ad opus indifferens gratia per Christum necessaria non sit, ea tentationis victoria non videtur esse prædestinationis effectus: ita cum aliis recentioribus olim Theologizabamur. Tertio ex vitio affectu, aut opere impossibile cum peccato, ad quod tentamur, potest tentatio superari: peccatum autem nullum, quare neque illud, quo ab alio diuertimur, Dei gratia per Christum eget: imò neque à Deo esse vllatenus potest, sed solum à nobis: quare eiusmodi victoriam tentationis effectum prædestinationis esse nullum, quem videmus in terminis asseruit: immò, qui vniuersim victoriam tentationis generatim, & absq; modorum horum quibus obtinetur, discrimine notato gratia Christi, & effectibus prædestinationis adscribunt, inde fortiter ab aliis impugnantur.

2. Dicendum tamen est primo: victoriā tentationis quāvis, quovisque modo ex dictis obtentam, ex gratia Christi esse debere, ac subinde prædestinationis effectum. Et quidē, si primo modo honestis moraliter operibus cum peccato, ad quod inducebamur impossibilitibus, aut cogitatione dissonantiæ peccati ad rationalem naturam probari facile posset ex sæpe iam insinuat, atque ex instituto docendis contr. de grat. auxiliante per Christum, ubi nullum morale opus honestum fieri, nullamq; tentationem vinci absque gratia Dei per Christum posse ostendimus, ubiq; cogitationes illas, ex quib. honestè operamur, atq; à peccato ob eius dissonantiam dictamini rationis recto auertimur, tamen si entitativè, & quoad substantiam naturales supernaturales esse, quoad modum, insinuat nuper n. 3. & 4. explicatius, minui usq; trademus. Probatur autem vniuersim conclusio de tēatione quouis ex dictis modis superata, qua absolute superata. Primo ex oratione Dominica, qua Deum, ne nos inducat in tentationem, oramus: cum autē orationes Christianæ non nisi gratia per Christum, & ad vitam æternam conducentes, esse possint, sit victoriā tēationis, quam ex Christi institutione Deum oremus gratia Dei per Christum, & effectibus prædestinationis adnumerari debere. Rationem Theologicam dederunt nobis Patres, omnes eius orationis periphrasim eius loci consensu adhibentes, ne nos tentationi cedere permittas: quod ad victoriā tentationis præcisè à Deo sit subtractione efficacis cogitationis prauæ, cui de facto succumberemus nisi à Deo eiusq; providentia subtraheretur, & cui cogitatio ad opus indifferens, quo à peccato diuertimur minime præualeret: subtractio autē cogitationis illius efficacis prauæ externæ protectionis gratia Dei, & per Christum est: tamen si cogitatio purè naturalis ad indifferens opus gratia Dei per Christum non sit, nisi vltra naturalem cultum, & dispositionem causarum naturalium, (ut fieri potest ad motionem prauæ cogitationis

nis imminuendam, ut efficaciam non peringat, à Deo provideatur) tunc enim, etsi internæ vocationis gratia non sit, ad externæ protectionis gratiam explicatam subtractione efficacis cogitationis prauæ, quæ cogitatione operis indifferens inefficax redditur, procul dubio spectabit. Hæc ipsa ratio in tertio modo vincendi tentationem ad vnum per peccatum aliud suum locum habet, qua præcisè tentationis ad peccatum vitatum vitatur est, ut dixi: facta vero comparatione admissi, quo vitatur vitatur, impossibile cum admissio, absolute vitatur tentationis non est: tentatio enim est bicornis, cuius vno tentatus vincitur absolute, ac proinde victor, absolute non est: præsertim, si aequalia admissi, & omisum sint: quare sub præfixam conclusionem non venit, quæ de victoria absolute tali est, nec de rationem; sed quid si admissum veniale sit, vel mortale etiam leuius, quam præ eius impossibilitatem omisum?

3. Dicendum censeo secundo: gratia Dei, & per Christum subtractione cogitationis prauæ efficacis ad prauum peccatum intercedit, ac subinde ea qualis quæ victoria, etsi non absoluta, aut tentationis gratior, effectus prædestinationis ita vincens prædestinationis sua probatione probat ratio instructa pro 4. conclusionem, ut patet: duæ vero conclusiones præfatæ impugnantur sunt argumento, quo primam à nonnullis impugnari. Aijunt enim victoriā tentationum, qua talem præcisè ad vitam æternam non conducere; qua talis enim nullum vite æternæ premium meretur, nisi actu alius æternior vincatur, quod in duobus saltem modis potest vincendi tentationem locum non habet, ut patet. Quod dicat peccata saltem esse impedimenta vite æternæ consequendæ, & quo gratiora fuerint, esse impedimenta maiora, atque eatenus ad illam conducere, vñ impedimenti cuiusvis amotio ad finis intenti effectum conducit: ut id de mortalibus, & eorum victoriis verum sit, aut de venialibus non item: cum gratia, iungetur ad gloriam venialiter peccantis minime adferantur sue gratiora, siue leuiora venialia sint. Ceterum cum victoriā victoriā tentationum præcisè tantum nos est Christi institutione Deum precari, à quo nihil non ad vitam æternam aliquatiter conducentis petere ex honestate, & virtute possumus, non possum non intentionis victoriā quā tali, & præcisè, conducentiam aliquam ad vitam æternam consequutionem agnoscere, & in victoriā tentationis ad mortale, quo gratia, iungetur ad gloriam extinguentem conducentiam ad illam, ne obiectiones quidem, autem negare. Inde vero neq; in victoriā venialium negare possumus: cum hæc de merito congruo gratia efficacis ad tentationes vincendas, ac subinde ad mortalia disponantur, que insuper se ipsis gloriæ consecutionem, quovisq; duntaxat, & debito pœnali ad ipsa incuso ad aliam, ut mortalia retinuntur, omnemque æqualitatem rigidam famulatur, ea fide Catholica impediunt.



QVÆSTIO II.

An supernaturalia dona omnia, etiam iustificatio, & merita prædestinati peccato intrinseca, et primo collata sint prædestinationis effectus.

R. Supernaturalia, quæ à solo Deo effectivè sunt, & directè ad prædestinationem spectant (etiam si supernaturalibus, de quibus nulla est questio omnis) supernaturalibus, de quibus nulla est questio omnis) redegit Paulus ad vocationem, iustificacionem, & gloriam, ad Rom. 8. verb. illis, quos prædestinavit, & vocavit: quos vocavit, hos & iustificavit: quos iustificavit, illos glorificavit. Quibus, & habitis supernaturalibus fidei, &c. ad iustificacionem præciosos suppetuit, non exclusit. Scio glorificationem à Hieronymo, & Gregorio

Gregorio Magno, Chrysost. Theophylacto & Theodoro non æternam gloriam, sed temporalem maiestatem, splendorem, & plaudum intelligi legentibus proinde magnificatur pro glorificatione, sed cum vulgata glorificatione legatur, & retineatur, atque ex contextu Pauli de æterna gloria prædestinatorum Paulum ibi agere ostenderimus, cum ex eo loco Sanctorum prædestinationem probaremus, de glorificatione, & gloria æterna prædestinatorum intelligendus Paulus cum communi aliorum Patrum, & scilicet Theologorum sententia indubitanter est. Præclare Augustinus de prædestin. Sanct. c. 17. glorificatione illi vnique sine, qui non habet finem. Porro de his omnibus nulla apud Theologos controversia esse deberet, quod effectus prædestinationis essent, si vocum abesse abusus. Sed tamen, ut is rejiciatur aliquorum sententia de eorum ferè singulis referenda, requirendæque erunt, ut de re, & debitis locutionibus deinceps Theologis conveniat: una solum Theologica disputatio dignior quæstio his de rebus ex citata à nostris Valquez, & Soarez fuit: iustificatio, & merita prædestinati peccato interrupta, non ut restituta solum (de quibus eadem, & de aliis est ratio) sed ut primo collata, & habita in prædestinationis effectibus sint recensenda.

CERTAMEN I.

De reliquis Supernaturaribus donis, præter iustificationem, & merita prædestinati intercessa, ut primo collata.

1. Nonnulli, qui prædestinationem in sola electione efficaci antecedenti ad gloriam constituentes gloriam solum effectum prædestinationis esse docent: falsum tamen in supposito, ex quo discuntur: siquidem, neque eiusmodi electio est, nec si esset in ea prædestinatio consisteret, ut ex iam dictis constat. Deinde ex eis etiam suppositis male discuntur, ut mox videbimus conel. 1. Durandus ex aduerso gloriam solum ab effectibus prædestinationis excludit: quia prædestinatio, sicuti, & providentia omnis tota circa media versatur, nec ad finem progreditur: iuxta statam Theologis sententiam & definitionem prædestinationis, & providentia. Certe Durandus ex meliori principio quidem, sed melius tamen non discuntur. S. Bonavent. è num. omnia inter effectus prædestinationis recenset excepta gratia primæ vocationis efficacis: quia ea communis prædestinatio cum reprobis (quibus haud dubio ab huius prædestinatione, erga quos nulla prædestinatio est, effectus prædestinationis esse nequeunt) ac subinde nec tales erunt in prædestinatis. Circa auxilia gratiæ non efficacia sed sufficientia prædestinatis collata Valq. effectus prædestinationis vniuersum negat cap. 1. nec solum de datis ad vitandum peccata (de quib. eadem, ac de permissione peccati ratio esse videtur examinanda q. 4.) sed etiam de datis ad bene operandum supererogatoriè, de operibus, ipsius meritoris, prout à nobis nostrisq; libero arbitrio ab effectibus prædestinationis excludunt Henric. quodlib. 4. q. 19. & quodlib. 8. q. 5. & nosse Mol. 1. p. q. 23. art. 4. & 5. d. 1. m. 8. & 9. sine, ac 10. 8. Hinc efficitur exemplo caloris, qui, ut à causa secunda est, nec à Deo est, neque eius effectus: ergo nec opus meritorium, & ut à nobis, Dei est, nec effectus eius, ut esse necessario debet, quidquid prædestinationis effectus sit. Hæc sunt sententiæ omnes, quæ in re præsentent aberrant à veritate: contra quas generali vnica conclusione asserente præfata omnia effectus prædestinationis verum semel, simulque attingeretur. Sed quoniam contra quamvis probanda esset sigillatim vniuersalis discursus minor, quæ ab illa de aliquo ex illis singularium negatur, atque specialia cuiusque fundamenta erant etiam erucunda, partis contra vnamquamque conclusionis facilius, atque commodius generalis nostra, & communis conclusionis veritas dabitur, ac percipietur.

2. Sit contra primam sententiam conel. 1. Alia plura Christioph. de Origine de Deo Vno, Tomus II.

præter gloriam præueniunt prædestinato ex ea electione efficaci ante merita ipsius ad gloriam, etsi in ea prædestinationem stare admittamus: ergo plura alia sunt effectus prædestinationis: quidquid enim ab alio provenit, atque est, effectus illius est. Probatur antecedens. Nam electio illa efficax, ita antecedens, est intentio efficax gloriæ, nec seipsa immediatè illam exequens in prædestinato, sed per merita proximè, & per auxilia gratiæ, & gratiam iustificantiem, quæ merita illa significantur ad gloriæ præmium: sed omnis electio, & appositio mediorum, mediæque ipsa appositæ ex intentione quavis finis (etiam inefficaci nedam efficaci) sunt eius intentionis effectus: ergo enumerata hæc, nec solum gloria, sunt intentionis seu electionis illius ad gloriam effectus: atqui per te intentio, seu electio hæc efficax ad gloriam est prædestinatio: ergo et omnia, nec sola gloria, sunt effectus prædestinationis. Decepit autem sententiæ illius Patronos æquiuocatio quæ effectum cum obiecto confuderunt: sicuti, & Durandum secundæ sententiæ huic è Diametro aduersæ auctorem. Ne vero aliquis post hæc ad electionem efficaciam gloriæ post merita præuisa recurrat, ut conclusionem tueatur, & uertet electionem post præuisa merita executionem gloriæ voluntatem solummodo esse omnium sententiæ ac nullam prædestinationem: quare gloria, quæ præcisè ab ea electione procedit, effectum prædestinationis esse non posse, sed solum, quæ à preparatione mediorum, & meritum ob quæ gloria decernitur, estque prædestinatio, cuius immediatior effectus media illa & merita abs dabo sunt.

3. Sit contra Durand. 2. conel. Non solum media gratiæ formalis iustificatio, atque ex illis provenientia merita gloriæ, sed gloria etiam ipsa est effectus prædestinationis. Probatur conclusio: quia per hunc Doctorem media illa omnia ac merita sunt effectus prædestinationis: atqui gloria est illorum omnium, ac meritum effectus: ergo & gloria est effectus prædestinationis. Probatur ex vulgari, & certo axioma rationis naturalis lumine notissimo. Quidquid enim causa causæ alterius est, causa est effectus ab hac altera causa causari: cum autem id, cuius aliquid causa est, nequeat non esse effectus illius, quia causa, & effectus necessario correlata sunt, & ad inuicem dicuntur, sit planè gloria, quæ ex mediis, & meritis causatis à prædestinatione causatur, causari etià à prædestinato. Durandi fundamentum in æquiuoco, ut dixi proximè, confusione laborat: ita enim habet. Prædestinatio tota tota circa media versatur, nec ultra media progreditur, est siquidem essentia sua, præsentia, & præparatio mediorum efficacium ad finem gloria præintentionem, sine, ut August. & ex ipso Theologia tota beneficiorum Denique certissime liberantur, quicunque liberantur, nihilque aliud est: atqui gloria finis est, ac non medium ad seipsam, ut patet: ergo prædestinatio non est gloria, sed mediorum ad ipsam, ac subinde nec ipsa prædestinationis effectus. Distingue maiorem prædestinatio tota tota circa media, seu in mediis est, nec ultra progreditur effectiue nego: progredi enim, ac versari effectiue absolute debet ad, & circa effectus omnes à mediis illis, quæ preparat causatis, ut diximus affectiue, subdistingue formaliter, & expresse concedo: media siquidem solum formaliter, & expresse preparat, vultque prædestinatio, virtualiter, & interpretatiue nego: sic enim finem, ex cuius præsupposita intentione media preparat, vult etiam prædestinatio.

4. Tertia conclusio contra S. Bonavent. Auxilium, primæ etiam vocationis efficacis, vnde prædestinatio per media intrinseca prædestinato eorumque series, & carceratus ordo inchoatur, & iustificatio prima prædestinati effectus prædestinationis sunt. Loquor de eis secundum se, præcindendo ab eorum interruptione, vel non interruptione per peccatum: ne importune, & anticipato quæstionem de iustificatione ac merito per peccatum prædestinati interruptis: ac demum per penitentiam restitutis, an, ut primo etiam collata, effectus prædestinationis sint pertingam: De qua à certamine secundo ex instituto disputato. Probatur autem conclusio facillimè: in primis enim vocatio illa prima efficax, & iustificatio etiam prima prædestinati gratia, & beneficium supernaturale Dei, & per Christum est, factumque S. Bonaventura: insuperque conducentis, & certo, atque infallibiliter producentis ad gloriam prædestina-

G G 2 tum,

5. Sic quarta conclusio contra nostrum Vafcz. Auxilia sufficientia collata prædeterminatio sufficientibus eius effectus possent esse, atque in pluribus prædeterminatis de facto sunt, ita Soarius supra cap. 6, & Henricz supra etiam cap. 2, num. 11. loquor autem de sufficientibus auxiliis non secundum negationem consensu nostri in bo. num. & peccati admissionem, in ea negatione imbibitum (si cogitatio ab aucto prohibito, retrahens, vel ad præceptum auctum inducens fit) & quia vocations sufficientia, secundum totum quod dicitur, completur ad eum esse mitem etiam impotente quæstionem aliam postea exan-
nandam, peccati permisso effectus sit prædeterminatio loquor ergo de cogitatione sine vocatione gratiæ sufficientis, & per Christum prædeterminato donatæ secundum intrinsecam positum eius virtutem, & conducentiam ad bene operandum, & salutem prædeterminati. Nec loquor de auxiliis sufficientibus omnibus prædeterminatis adultis à Deo collatis, qui nimirum ad vice finem converuntur ad fidem, & cum fere totum baptizatur, cum vitam in infidelitate, ac vitis fere obitum transigerit; sed quorum prædeterminatio, & ordinatio ad gloriam per intrinsecam gratiæ donatæ, & vocations efficaces prius inchoaverit. De aliis enim cum non dum prædeterminatio per intrinsecam auxilia prædeterminativa inchoaverit, quosque per primum proprie prædeterminatum inchoetur sufficientia auxilia, non est prædeterminatio, sed ex communi providentia supernaturali conferri illis à Deo censendum in questione præsentis est, in qua abstrahimus à questione de permissione peccati. Loquimur ergo de aliis prædeterminatis quorum prædeterminationis series per auxilia efficacia intrinsecam inchoata est, atque interea, & alia subsequenter intrinsecam sufficientia, atque de his altissimus posse esse, ac sæpe de facto esse prædeterminationis effectus secundum conducentiam, & virtutem intrinsecam ad rectam operationem considerata, & si eam non obineant de facto prædeterminato. Probatur conclusio quia, etsi ea auxilia de facto non coniungantur cum recta operatione prædeterminatam quam excitat ipsum, & intentionaliter directe inducant ac movent, ac subinde per rectam illam operationem non coniungantur cum gloria prædeterminati, quæ nec certo, & inefficabiliter cum de facto ad gloriam perducantur, vi obiecta Deo, ita cum vocati, & frequentissime vocati, ad gratiarum adiunctionem moveat possunt, & medio effectus, cuiusque merito, certo, & inefficabiliter cum gloria prædeterminati coniungi atque de facto in pluribus prædeterminatis, ita certo & inefficabiliter coniunguntur ergo, & esse possunt ac sæpe de facto sunt prædeterminationis effectus. Consequentia probata fuit in simili pro conclusione certa. Probatur inde secundo quia nihil gratiæ supernaturalis ad carnatam ferri debet, & ordinem prædeterminationis spectans potest ex communis providentia supernaturalis

[illegible]

ne syllogismi adhibebatur.

c. Potest Hentici, & Molina fundamentum valde ef-
ficacium. Quod enim calor provt ab igne, efficitur ut
provt simultaneè concurrunt non fitaon probat bonu quod
provt ab homine efficiuntur gratia Dei cooperantis ad-
iutum non efficitur cum hac, vt opus bonum à predestina-
toe non efficitur, quia hoc est, quod est, quod est, quod est,
ex parte actus primi follicite impet: faciens, ac subin-
ducens ipsum, & meritum (quod est ut predestinatoe effi-
ciantur maliter competit vt diximus) gratia efficitur, & subin-
ducit illam donantis ac predestinationis, quia à Deo de-
natur. Quod si exemplum, quo decepti hi Auctores in-
ter-

aliquis rimarentur aliquid inuenirent, quo communem nostram Theologorum conclusionem tenerent, aduersamque suam auerterentur. Etenim licet solo simultaneo concursu Dei cum igne ad calorem productum attento, calor, ut ab igne formaliter productus, à Deo formaliter productus non sit: at vero si ignem ipsum, eiusque calefactum virtutem & determinationem à Deo productam esse animaduertent calorem, etiam, ut ab igne est, effectum Dei absolute esse medium recognoscerent: inde bonum opus, prout ab homine, quod, ut ab ipso sit, in actu primo gratie prædestinationis sollicitat, atque prædestinato liuadet, gratia, & prædestinationis eiusdem effectum esse. Neque inde arguas, etiam voluntatem peccantis, & cogitationem malefadam, ut homo in opus prauum se determinet, ac peccet à Deo produci, ac proinde eius prauam determinationem, & subinde peccatum, Deo ut causæ tanquam medium effectum esse absolute tribuendum. Cum enim eis omnibus ante hominis determinationem à se ipso ad malum à Deo physice productis, nihil determinationis antecedentis à Deo ponatur effectus aut affectus, homine ab eo recipiari in Thomistica nostra Iesumana schola: immo, vero affectus ea omnia ut bene à se postis homo ex indifferenti potestare, ut ad honestatem, laudem, & meritum operantis oportet, opusque est) operetur, Deus apponat, atque insuper tota actionum atque operum moralitas, siue ad ipsorum honestatem, laudem, ac meritum, siue ad in honestatem, vituperium, ac demeritum, ex determinatione libera desumatur, sit plane, ut alterutrum principium, & primum sit, ibique sistat, ubi ea determinatio caput. Cum autem determinatio ad malum ab homine sit ab eoque coepit, quin antecederet à Deo postis determinationis illius effectus, aut affectus à Deo receperit determinatio illa ab homine incipit atque est, quin ad Deum antecedentia omnia principia indifferentera ponentem, atque omnipotentiam suam ad concursum cum homine parantem principium determinationis illius inquiringes progredi possimus: cum ea omnia, ut ad actionem illam, & determinationem determinate physice concurrant ab hominis arbitrio, cui subduntur in operando, per determinationem ipsius & vsum eorum (qui solius potestatis eius est) despotice trahantur. Quamuis autem ita etiam physice ea omnia ad vsum determinationem rectum absque vlla anteriori ipsorum determinatione deducantur: cum auxilia efficacit, & ex affectu determinato (et si non determinante) ad vsum bonum, ac deinceps ex scientia conditionata recti vsum sub illo futuri à Deo dantur; et si non physice, morali tamen æstimatione determinatio illa physica hominis, vsusque rectus in Deo censetur merito habere principium: à Deoque donati in radice congrua voluntatis à Deo donati, ut Augustinus, ceterique Patres, & Theologi faciunt.

CERTAMEN II.

De iustificatione, & meritis peccato intercessis, ut primo collata, & habit a prædestinato sunt, Vasquez, & Soarez & assecularum pugna, & eorum fundamenta ad examen, & trutinam vocata, & perpersa.

Dvo supponit potius, quam disputat, quæstio præfatus. Primum iustificationem, & merita prædestinati per subsequens peccatum interrupta, per succedentem posse penitentiam restitui: quod de vtriusque in reprobo aliquando iusto, ac bene operante: post vero lapsio, atque deinceps aliquandiu (et si non perseveranter) resipiscere per penitentiam æque censetur, & de resti-

tutione antea factorum meritorum per penitentiam subsecutam communis Theologorum sententia est controuersa. de merito rigide à nobis examinanda, & opportune proinde hic eius examen omittendum. Maxime, cum finis proluxque futurum sit, quam antiquioribus fuerit nec possimus sententia de eo fundamenta nostra hic, per epitomen adhuc, & summam ponere ut à lectoribus bene percipiatur. De iustificatione formalis, seu gratia formaliter sanctificante præhabita à peccatore, an ac præsertim, quæ restituenda sit? nec apud Theologos conuenire video, an quæ meritorum principium sit, ut ea dignificans? an quæ ita dignificatis meritis fuerat acquisita. An quæ virtute sacramenti collata, an denique omnes? nec video ab aliter, & aliter opinantibus firma, ut plurimum, sententia suæ fundamenta produci: quare prolux adhuc de eo nobis examen erit controuersia de gratia, non, nisi importune hic habendum. Nunc ergo ex suppositione, quod merita, & iustificatio formalis, siue habitualis gratia hæc vel illa peccato intercessa per penitentiam ex eo, quod præcesserint peccato, per penitentiam prædestinati ipsi restituuntur, ut primo habita, atque à Deo collata ante peccatum effectus prædestinationis prædestinati illius sunt: difficultatis præsentis scopus, & Theologica disputatio digna est, Dixi autem ut primo collata: nam, ut restituta nec post peccato intercessa effectum prædestinationis esse quacunque ratione à Deo, siue titulo præcedentia peccato, quo interrupta sunt, siue absque illo, perseveranter, & continuato cum gloria prædestinati coniungenda, restituuntur effectus prædestinationis esse, dubium esse non potest, Dixi, etiam si à Deo restituuntur ex eo, quod præcesserint peccato. Si enim ex mero arbitrio, ac liberalitate diuina absque vlla adhuc remota, motione, & conducentia antea ad peccatum, vel primo habita gratia à Deo restituatur vel æqualis, prima eius collatio ad gloriam prædestinati illius consequendam omnino impertinenter se habebit: ac subinde effectus prædestinationis illius esse non poterit: ut de se pater, dixi demum nuper, adhuc remota motione, si enim penitentia de peccato, quo gratia formaliter sanctificans primo collata interrupta fuit, inde etiam habeatur, quod gratia illa peccatum, de quo dolet prædestinatum, priuauerit, haud dubio ad eiusdem, vel æqualis gratia restitutionem prima eius à Deo collatio, & receptio à prædestinato remote obiectiue conducet, atque effectus subinde prædestinationis erit: quod, tametsi perspicuum sit, obseruatum volui, quia à nemine vidi notatum.

2. His positis Vasquez nosse d. 3. c. 3. Beccanus r. p. tract. 1. c. 14. q. 3. n. 8. negant meritum, & gratiam peccato interruptam, ac postmodum penitentia succedente restitutam esse prædestinationis effectum ut ante peccatum primo collata fuit: sed solum prouidentia communi supernaturalis, quia ea etiam media, quæ ad salutem de se conducunt, et si ad illam hominem de facto non perducant, à Deo prouidentur. Ratio eius præcipua est: quia nec conferuntur, nec conferri primo à Deo possunt ex voluntate, & intentione restaurandi illa per penitentiam de peccato, quo interrupta post modum sunt: nisi autem ex eo amore, & voluntate instaurandi illa per penitentiam de peccato postmodum illa interrupturo primum à Deo conferantur, nequeunt, ut primo collata esse prædestinationis effectus: ergo merita, & gratia peccato interrupta, ut primo collata sunt, absolute nec sunt, neque possunt prædestinationis effectus. Maior probatur, quia nequit absolute, & serio amari futura instauratio illorum per penitentiam antecederet ad positionem, & absolutam prauisionem peccati, quin ametur peccatum, quod medium est vnicuique, ac necessarium ad penitentiam, ac media ipsa illorum instauratio: hoc autem Deo repugnat (ut ideo non Vasquez solus, sed Soarius oppositæ sententiæ author, & assecularum plerisque permissionem peccati ex amore penitentia, & intentione salutis per ipsam à prædestinato obtinenda concipi à Deo posse atque effectum prædestinationis esse negent, quia, non, nisi medio peccato, quod penitentia essentialiter supponit, eius permissio conducere ad penitentiam, & salutem prædestinati potest) ergo implicat gratiam interruptam per peccatum, nec aliter quam penitentia de ipso instaurandam, ut instaurandam, siue ex amore instauratiois suæ per penitentiam à Deo primum conferri. Minor

GGg 3 probatur.

probat, quia nullum medium ad salutem prædestinati conferri à Deo ex prædestinatione potest qua conducens solummodo de se ad salutem ipsius, sed qua efficac, seu etiam coniungendum de facto cum ipsa, & perducens actu absolute prædestinatum ad salutem; aut merita, & gratia iustificans interruptenda per peccatum subsequens, ut primo collata, non aliter actu, & absolute subductura prædestinatum ad salutem esse possunt, & de facto cum eius gloria coniungi, nisi ut instauranda per penitentiam de peccato, quo sunt interruptenda. Ergo, ut qua primo collata, ut media prædestinationis sint, qua instauranda, & ex amore proinde instauracionis ipsorum per penitentiam de peccato, quo interruptenda sunt, debent à Deo primum conferri prædestinato: ut in minori assumebatur atque repugnare dicebatur in maiore quod eodem modo probat, cum intentio gloriæ, seu, ut Soanistas ait, electio ad gloriam prædestinati antecedens, ex qua media ad executionem, & affectionem gloriæ eliguntur à Deo, atque præparantur inefficax, vel efficac sit. Confirmatur: quia, cum prædestinatio catenatorum mediorum vltimæque ad gloriam consecutionem series sit, eaque in meritis, & gratia interruptenda, ut primo collatis esse nequeat, ut primo collatis, nisi, quatenus ex eo, quod primo collata sunt, titulum ponunt, ob quem per penitentiam de interruptura ipsa peccato instaurantur, ut nisi, qua instauranda & per instauracionem continuanda cum gloriæ affectione nequeant pertinere, neque ex prædestinatione apponi primo possint, sed ex providentia, supernaturali quidem, qua de se conducentia quævis ad salutem eius, cui de mediis sufficientibus à Deo providetur, apponuntur. Quæ vero instaurantur non interruptenda, deinceps, sed continenter cum gloria prædestinati coniungenda ex alia providentia prædestinati, seu prædestinationis est, ab ea quæ à meritorum, & gratia primo collatorum inchoetur.

Soarez citato lib. 3. de prædestinat. c. 4. n. 5. Valentia ad citatam questionem 23. disput. 1. punct. 3. versu. *Secundum est*. Arrubal disput. 83. c. 1. Herizze citata disput. 30. c. 4. num. 18. à versu *ut res aliqua*. Falselus ad citatam quæst. 23. dubit. 3. Arriaga disput. 38. sect. 1. sublect. 1. à versu *secundum, an prima collatio*, & magnus meus magister Didacus Daza d. 5. de prædestinatione §. 2. & ipse Vasquianorum Princeps, ex externis Gonzalez Albelda 1. p. d. 71. sect. 3. Trigos, in Bonaventuram 1. p. q. 13. a. 2. dub. 4. conclus. 5. Nazarius ad citatam questionem 23. controu. vnica §. 3. conclus. 3. Machen d. 48. sect. 1. conc. 2. afferunt, merita & gratiam peccato interruptenda, ac penitentia reparanda, ut primo etiam collata, effectus prædestinationis esse. Contra Soaniam verò obseruat Daza argumentum nostri Vasquez speciale vim habere: quod ipsum contra Fasolum, & Arriagam obseruari æquo robore circa conclusionem de facto potest. Contra citatos vero Thomistas circa conclusionem de possibili, ut ex difficultatis propositione clarebit. Nostrium verò Vasquez male idem Daza reprehendit, quasi admitteret ex intentione efficaci gloriæ prædestinati merita, & gratiam peccato interruptenda, ac per penitentiam reparanda potuisse à Deo primo conferri: quod quidem, si admitteret, constantissimè vbiuis ipsius doctrinæ Vasquez aduersaretur. Sed verò constantis, & consequentiæ laude notissimus, laudatissimisque Vasquez noster id nullatenus admittit, sed permittit solummodo, contendens ex ea efficaci intentione gloriæ rationis sue supra à nobis propositæ robur minimè debilitari: quod certissimum est, ut eam perpendiculari clarebit, atque ex speciali difficultate ipsius Dazæ contra Soanistas, & Thomistas, & efficaciam intentionis gloriæ amplius deprehendetur. Ea verò sic habet, cum enim Deus ex illa efficaci intentione gloriæ eligat, & primo conferat: tanquam medium efficac, & ineffabiliter conexum cum gloriæ consecutione meritum, & gratiam prædestinati, quæ præcise peccato interruptenda esse nec, nisi per penitentiam, reparanda, & cum gloria coniungatur, nequit illa primo conferre, & eligere ex efficaci gloriæ quia, vel antea, vel simul expresse, aut virtute velit reparare illa per penitentiam, ut gratia, ac meritum quæ primo eligat, & conferat efficaciam media ad gloriam fut, atque infallibiliter obtineant, quam aliter obtinere non possunt: ac nequit velle penitentiam, antequam

peccatum sit quin velit peccatum, quod sine expresse virtute, & interpretatione velle non potest, ergo nec potest ex efficaci illa intentione gloriæ prædestinati eligere, & conferre primo gratiam, & merita peccato interruptenda postea, sed solum potest Deus interrupta peccato reparare per penitentiam velle post præcise absolute peccatum, quo fuerint interrupta.

4. Hoc tamen argumentum non magis viget, quam si ex intentione inefficaci gloriæ prædestinati electio, & collatio primæ gratiæ, & meriti interruptendi per peccatum primo haberetur, ac fieret, Siquidem, quoad amorem formalem, & expressum mediorum, intermediorum sui proximorum necessarium in plurium sententia, cum motus primo eligatur, & amatur, eadem ratio efficax, & efficaciter, seu ineffaciter finis amatur, dominando ex eius amore, & intentione formaliter, ut media ad illum amantur media remotiora: cum media ad eum finem, & conducentia physice esse possint nisi quatenus ad intermedia, & finique proximiora media vel sufficiat, vel cum effectu vel de facto, conducent, efficaciter vero intentionis illius præsuppositæ solum addit determinationem Dei intendentis, ut media, quibus de facto suis obiectum adhibeat, ne efficacius ipsius intentio causa cadat, & intento sine fructu: quod in casu præcise instauracionis gratiæ, & meriti primo collatorum per penitentiam abque amore peccati fieri à Deo potest permittit, ut quinquā ab ipso peccato ametur, ut cunctis est notum, atque q. 4. videbimus, ubi permittit peccati effectibus prædestinationis adnumerabimus. Quod autem ex intentione efficaci salutis prædestinati ad peccatum, quo interruptenda meritum, & gratia primo collata sunt, permittit peccati determinatum antecedente Dei maneat, nihil indecentie continet, quam video à rectoribus aliquibus timeri. Siquidem peccati permittit honestissima Deo est illud fauentibus: nec diuina decetia referat determinari ad illam mediato vel immediato, dummodo, libere, neque necessario esse, & natura sua ad eam permittit determinetur, illud nunc in Soanias affirmantis sententia huius Principio æquo animo bene non potest magister meus Daza, nempe gratiam, & meritum primo collata, tamen per penitentiam non restitueret esse posse prædestinationis effectus: quia ut obiecta ad electus meritorios charitatis, humilitatis, & alios possit prædestinato inferuire. Patet enim Daza ad effectus prædestinationis ea solum pertinere, quæ efficiunt ad electus excitant meritorios, immo autem huius Soanias doctrine succent. Plura enim obiecta extrinseca etiam, & extrinsece etiam naturalia, indebita tamen hic, & nunc natura, & vniuersitati rerum cuiusque naturalis cursui, & ordinis, & subinde supernaturalia tantum quoad modum, in effectibus prædestinationis cum Vasquez, & ceteris, ut nos citat recensimus, quia mediis meritis ad gloriam conducent, perducunt; prædestinati tamen sola obiecta, & intentionali ratione mediis cogitationibus de facto prædestinatum, cuius ergo merita, & gratia primo collata, & quoad substantiam supernaturalis, ac de facto obiecta intentionali motione media sui cognitione ad electus meritorios conducent ac perducunt prædestinatum ad gloriam effectus prædestinationis in eis Vasquianis & notissimis principis erit, immo vero si efficiencia intentionalis actum meritoriorum satis non sit ad prædestinationis effectus, neque ipsa excitans ad illos gratia effectus prædestinationis erit: quod & Daza ipsi, Particularis & Theologus cunctis aduersatur, quidem atque ipsa physice efficiunt, sed solum intentionaliter voluntatem mouet, sicuti & præmissis ad assensum conclusionis vi, & minus controuersis de intellectu & voluntate, facitque Daza ex Vasquii doctrina debet.

5. Dicendum cum citatis num. 1. Doctoribus gratiam, & meritum peccato interrupta, & restituta per penitentiam etiam, ut primo collata à Deo effectus prædestinationis esse. Probat primo conclusio ex proximo dicta, quia, ut obiecta mediis actibus meritorios de facto & merito perducunt ad gloriam prædestinatam, ex cuius intentione, ac scientia media infallibiliter consecutionis à Deo primo eliguntur, & conferuntur prædestinato: ut primo ergo, collata sunt prædestinationis effectus: nihil enim aliud ad effectum prædestinationis requiritur, ut patet

quod si cationem, & nexum non interruptum priorum medium cum posterioribus usque ad gloriæ consecutionem requiritur: in gratia & meritis primo collatis, & per peccatum interruptis, cum actibus meritorius subsequenter obiectiva hac motione ordo, & nexum minime interruptus usque ad gloriæ consecutionem apertus est. Etiam, licet per peccatum ius formale gratiæ ad gloriam, & condignitatis meritorie ad ipsam meritorum anteaforum interruptum intercedat, extinguatur, seu mortificetur, ac proinde inter ea, & gloriæ consecutionem, quoad ius gloriæ, & condignitatem meritoriam eorum, ut primo habitum peccat, aut intentionalis motio obiectiva ipsorum ad actus meritorios, ad quos, ut primo à Deo collata excitant ut obiecta, nullam peccato succedente perit, aut interruptitur, sed in fluxu illo suo intentionali eis actibus continuatur ad gloriæ prædestinati consecutionem, atque pro statu etiam illo peccato, quo ius gratiæ, & condignitas meritorum ad gloriam extinguitur, integer manet, immo illi ipso ad aliquos actus meritorios, v.g. humilitatis obiectiva illa motio magno opere iunatur, & augetur, est sub alia consideratione, (cui soli ut plurimum utriusque sententiæ Doctores attendunt) ius gratiæ primo collata, & primo habitum meritorum dignitatis ad gloriam cum mediis subsecutis continuatio, non nisi eorum instaurationem per penitentiam habenda, non ita facile, & clarè deprehendatur, ni peccatum quo illud ius, & dignitas prima ad gloriam interruptenda sunt ametur, sed videndum est, an ea continuatio, & continuatio eorum, ut primo habitum media penitentia necessario requiratur, ut illa ut primo collata à Deo, ac primo habita à prædestinato, effectus prædestinationis proprii sint: atque item an eius continuationis, & continuationis, cum gloria per penitentiam necessitate admittantur, nihilominus ex intentione gloriæ, & ex prædestinatione eligi primo & apponi à Deo possint, quin à Deo ametur peccatum. Si enim alterum sit, negantis sententiæ fundamentum subruit, atque affirmans nostra, & communior sententia solidissime etiam sub hac consideratione plerumque à Doctores vix attendit fundatur.

6. Vtrunque vero argumentum Vasquij defecere subtiliter contendit Daza: quia opus non est conferri primo gratiam, & merita peccato interruptenda ex amore penitentia, quo reparanda sunt, patet in reprobis: quibus similia dantur ex simili gloriæ intentione, nec tamen ex penitentia, qua interrupta reparantur amore: neque opus est, ut media omnia habeant casualitatis alia aliis, & continuationem & continuationem: sed satis est vnumquodque eorum cum parte obtinenda gloriæ sibi correspondenti de facto, certoque coniungi, ut ad seriem prædestinationis eiusdem pertineant; nec comparari debent ut media propinquiora, & remotiora, & necessario subordinata, ut quædam per alia ad finem conducant, sed immediate, & proxime ad illum vnumquodque conducti, tametsi omnia, & singula, ut de facto conducant, finemque gloriæ obtineant perseverantiam, ut conditionem requirant, siue hæc meritis primo datis impendatur, siue doctur à Deo gratis, nec in ipsam influant, nec habeant casualitatis moralis continuationem, ut gloriæ affectu coniungatur, & quamvis non, nisi accedente perseverantia, coniungi obsecutioni gloriæ possint, cum autem non aliunde meritum, medium vnum ex intentione alterius apponi à Deo debeat, ut contexit seriem eiusdem prædestinationis, nisi quatenus vnum in conductia de facto ad gloriam intentam medio alteri proximiori, qua medium formaliter, & meritum proximus est, subordinatur, non autem, qua est conditio solum, ut in perseverantia patet: sit plane non esse opus merita ad gratiam primo collatam, & peccato interruptendam ex intentione, seu amore penitentia, per quam restituenda, instaurationeque sunt primo eligi, donatque à Deo, ut ordine prædestinato siue habitura effectum consecutionis gloriæ atque ad illam efficaciam ab ipso donentur, dummodo respectu iuris gratiæ, & dignitatis meritorum illorum, & consecutionis gloriæ de facto propter illa, ut conditio solum, penitentia, qua instauratione sunt, solummodo se gerat, ut exemplo perseverantia respectu omnium meritorum, etiam non interruptorum, cunctis: quod autem

penitentia, ut conditio solum, non autem, ut medium, meritum inter medium, & gloriæ proximior se habeat respectu gratiæ, & meritorum primo collatorum peccato interruptorum, instaurationumque per penitentiam facile, & dilucide probatur: etenim merita, & gratia primo collata, & interrupta, ac post modum per penitentiam restituta medio merito penitentia, qua instauratione, aut iure quod affert gratia per penitentiam partem nec merentur, ius ad gloriam acquirunt, immo nec in iure, ac merito gloriæ coniunguntur, crescunt & augentur, sed solo antea iure, & merito ipsorum restitutis gloriæ ipsi respondentem solum realiter formaliter iunguntur, non autem respondentem alteri parti gloriæ merito penitentia, qua instauratione, & iuri gratiæ per illam adquisitæ, illi ergo eidem gratiæ, & respondentem gloriæ realiter formaliter restituta de facto conducunt, iunguntur ac ordine prædestinationis coniunguntur, cui iungentur, si eis non interruptis perseverantia absque novo prædestinati merito, ut fieri plane potest, accederet: quia respectu gloriæ ut ipsorum prædestinato adquisitæ, meritum penitentia, atque ob illud gratia prædestinato collata plus conducit aliud quam perseverantia meritis non interruptis, cui pro interruptis penitentia substituit, vel quam ex parte respectu eorum constituit, ut finaliter ad præmium à Deo inveniatur & ex parte sua ad gloriæ influant consecutionem. Hæc Daza subtilis cogitatio explicatur à nobis tradita, & Vasquij argumentum debilitat, & instantiam Daza ipsius prævenit (quam proinde omittit) ac satis affirmantem nostram sententiam probat.

7. Admissa verò connexione, & continuatione influxus, & casualitatis moralis meritorum peccato interruptorum in penitentiam, & eorum ipsa media restaurationem via alia aque subtili effectus prædestinationis esse ipsa posse idem Daza meditabatur ex alio principio: Quod, scilicet, iustus operibus bonis reparationem sui à lapsu futuro per penitentiam possit congruè promereri, ut docet sanctus Bonaventura in 2. d. 23. explicatione litteræ S. Thomæ cap. 6. ad Hebræos lect. 1. Bellarminus tom. 3. lib. 5. de iustitia c. 22. quod & Daza, & nobis maxime placet, nec aduocatur doctrina S. Thomæ. 1. 2. q. 114. a. 7. corp. ubi solum simpliciter dictum meritum, hoc est condignum, negat operibus iusti ad reparationem post lapsum: eodem quippe modo meritum reparationis à lapsu in quo iam est operibus bonis peccatoris negat, quibus meritum congruum reparationis suæ negari nequit. Ex eo vero principio constat merita iusti lapsi, tametsi lapsu, & peccato, quo ad condignitatem impediantur, & mortificentur; quoad congruitatem meriti reparationis per penitentiam à lapsu futuro viam, etiam peccato, & lapsu succedente persistere: proindeque ex eis auxilium efficacius ad penitentiam, qua, quoad condignitatem meriti gratiæ amittit, & gloriæ subinde vivificantur: quare, & cum reparatione sui, & merito penitentia, atque aliis subsequenter prædestinatione continentur, sintque eiusdem prædestinationis effectus. Dices, debere etiam in Dei intentione, & voluntate continuari, quod, nisi merita ex intentione, & amore instaurationis ipsorum per penitentiam, & meriti penitentia ipsius fieri nequit. Hæc autem ante præsumptum peccatum amari à Deo nequeant, ni ab ipso ametur peccatum, & Vasquij nostri argumentum contendebat: ergo hac via eius argumentum non soluitur. Negat Daza opus esse, ut meritum vnum ex intentione alterius conferatur, ut ad eandem seriem prædestinationis pertineat; sed satis esse, ut vtrumque ex intentione eadem gloriæ conferatur, ut supra vidimus: quare neque opus esse, ut merita illa peccato interruptenda ex intentione penitentia, qua instauratione sunt ac meritis eius conferantur. Sed quia hoc modo non satis clarè expeditur aliter, quam modo primo, difficultas, nec continuatio meriti interrupti, & connexio influxus penitentia ad finis gloriæ consecutionem explicatur, addit: voluntatem instaurationis meritum interruptum post permissionem peccati, & absolutam eius à prædestinato admissionem à Deo haberi, ex morali influxu meriti congrui operum iusti prædestinati: quare, & esse casualitatem moralem continuatam inter voluntatem dandi primo

merita

8. Tercio debitorum idem vincum negativæ sententiæ argumentum, & præfatæ duæ probationes affirmantis nostræ roborantur ex alia Valsqui doctrina assensientis & bene, specialem gratiam in donatione auxilij efficacis propria prædestinationis, & prædestinationi satis saluari, si ex scientia media efficacia auxilij seu futuritionis conditionatæ effectus illi donatur, & Deo eligatur, & fiat quoniam opus sit efficaciam etiam ipsam à Deo amari, cum amatur, primumque auxilium, mediumque illud conferuntur: ergo licet efficacia meritorum iusti prædestinati internum pendorum conditionata infusaurentur per penitentiam admitti postea peccati completur, opus, non erit ex eius, ac peccati amore illa primo conferri, vt conferantur, vt media efficacia & prædestinati propria, atque vt speciales gratiæ, & effectus prædestinationis; sed satis erit, vt ex scientia efficacia, seu obtinenda gloriæ à prædestinato, si donetur, Deo illa eligi, atque donari. Quarto denique totum argumenti illius robur infirmatur, & probatur nostra conclusio, quia permisso peccati concepiti à Deo potest ex intentione inefficaci gloriæ prædestinati per penitentiam de peccato recipere, & amore penitentis ipsius, quo gloriæ ab illo obtinenda est, ac proinde esse proprium prædestinationis effectum: ergo gratia, & medium intermedium per peccatum, atque per penitentiam infusanda primo etiam à Deo conferri possunt ex intentione inefficaci gloriæ prædestinati, & amore penitentis de peccato, quo interrumpera sunt, ac proinde esse propria prædestinationis effecta. Consequenter est legitima: quia & permisso peccati medium remotius ad gloriæ confectionem est, atque ante peccati pollutionem absolutam concipitur à Deo, sicuti gratia, & merita primo eliguntur, & conferuntur: nec nisi per penitentiam de succedente peccato potest gloriæ confectione de facto, & cum effectu interius peccati permisso, sicuti nec merita, & gratia primo collata per succedens peccatum interrumpera, ac per penitentiam infusanda: ergo si his non obstantibus permisso peccati ex intentione gloriæ prædestinati concepta potest esse effectus prædestinationis, eisdem etiam non obstantibus collatio prima gratiæ, & meritorum peccato interrumperum effectus prædestinationis erit. Antecedens probatur statim quæst. 4. ubi ostendens permissionem peccati effectum prædestinationis ex intentione gloriæ de facto per penitentiam de illo consequenda conceptam à Deo esse, quia inde vel formaliter vel interpretative, aut virtualiter amandum peccatum fit quod vincum negativæ sententiæ contra affirmantem nostram sententiam, vi vidimus, erat. Obinde obiectivum proponendum, dissolvendum hic parco: quia omnes eo tandem redeuntur, vt inde ad mittendum ab affirmatiuæ, nostræ. Doctoribus sit Deum amare peccatum.

An permissio peccati sit effectus
prædestinationis.

[illegible]